Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26898
Copyright: Admont, Benediktinerstift

celestis ē. Vrit enim & consumit. vastat. & destruit. nec societas
illi esse potest cum alio. Qui si illi approximant ledunt. & si omnino
ad illud stringunt. iam consumi incipiunt. Quod ut igneum celestis ē.
suaviter ardet. & accendit quidem. sed non consumit. & si consumit non
tamen ad lesionem. sed ad purgationem. Hoc enim consumit. quod lederet
si consumptum non esset. Propterea propter igne celesti sequitur purgatorium
holocaustum. quod primum igneum purgat. non solum a corruptione
mali. sed etiam ad effectum boni. Quedam ut fuerint a corruptione
mali contraxerant. quedam fuerint a perfectione boni nondum pce
perant. & erant utique purganda. alia a corruptione. alia ab
imperfectione. Que interra erant purganda. purganda
erant a corruptione. Que autem in celo purganda erant.
purganda erant ab imperfectione. Illa quae in prima conditione
non erant perfecta. ista quae per primam conditionem erant corrupta.
Illa purgata sunt ab imperfectione quando in glorificatione sunt
consumata. ista purgata sunt a corruptione. quando a peccatis
sunt liberata. Illorum autem purgatio non erat mali emendatio quod non
habebant. sed boni consumatio. quod minus habebant. Istorum autem
purgatio erat. primi emendatio. pena consumatio. Talem autem
purgationem. in illa spiritali celestique natura intelligimus.
Si quis in illis purgationem intelligat. non quia erat corrup
tionis. quae semper mundi erant. sed perfecte munditie quia
nec corruptionis inesse poterat. & hoc quemadmodum intel
ligit. Illud autem igneum celestis. quod inflamant ut ardeant. &
purgant vel ab imperfectione ad consumationem. vel ad plenam
munditiam contra omnem corruptionem. holocaustum pur
gatorium ē. i. universalis purgatorium. vel in toto purgato
rium. quae totum purgat. & in toto purgat. vel ne aliqua